scribit et obligat praesentibus, illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes Stanisch eiusdem Terminos semper peremptorios, Vera infirmitate, pro maiori minorennitate Successorum legatione intra vel extra Regnum, servitio militari ad munimenta ad Exercitum, vel aliisque quibusvis Dillationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem praeterea Ultra proximos Officii praefati Castrensis Capitanealis Praemysliensis Terminos, Dillationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones, Appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia Paenis simplicibus vel triplicatis, Evasionibus, Suspensionibus, fatalibus Iuris, praescriptione Terrestri, bello, Conventioneque, ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo, neemodo aliis quovis evadendo. Hic sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante. 1735.

Feria Quinta in Crastino Festi Nativitatis Sancti Ioannis Baptistae, Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Primo. 25/VI

Stetkiewicze Conges mutuam sibi Advitalitatem inscribunt. 742

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Generosi Alexander Stetkiewicz Subdapifer Smolensciensis ab una, et Sophia Ligezianka parte ab altera.

1736

Coniuges legitimi, sani mentibus et corporibus existen-
tes a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusq
suis quibusvis propriis et competentibus recedendo,
praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi
Iurisdictioni, quoad Actum hunc attinet, se cu
Successoribus, Denisq suis generaliter omnibus tota-
liter et plenarie incorporando, atq subiiciendo pa-
lam, libere, publice ac per expressum recognoscu-
nt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse reco-
gnoscit. Quia ipsi et quidem Consors cum sfati Mari-
ti sui acti Tutoris Coniugalis personali assistentia
et ultroneo ad infrascripta recognoscenda consen-
su, sibi mutuo et invicem una Pars alteri omnium
generaliter Bonorum suorum haereditariorum et obli-
gatoriorum, mobilium et immobilium, summarumque
quarumlibet pecuniariarum, necnon auri argenti
clenodiorum, stanni, aeris, cupri, orichalci, unio-
num, margaretarum, vestium vestimentorum, equorum
equired, pecorum, pecudum ac totius supellectilis
domesticae in quacunq forma et materia existentis
nunc habitt et in post habend. mutuam advitalitatem
et usumfructum ad extrema duntaxat vitae suae
tempora tantummodo et non ultra, dederunt concesse-
runt inscripserunt et assignaverunt, prout dant, con-
cedunt inscribunt et assignant praesentibus tali vi-
delicet modo. Quod si prius praefatum Gnosum Ale-
xandrum Stetkiewicz Subdapiferum Smolenscen. ma-
ritum quam memoratam Gnosam Sophiam Lige-
zianka Consortem suam de hac Luce decedere
contigerit extunc praefata Gnosa Consors Bona
suprascripta generaliter omnia ac res denominatas
morte mariti sui derelictas cum omni eorundem

Iure, Dominio, proprietate, competentiaq et praerogatiua quavis, omnibusq et singulis eorundem Bonorum vtilitatibus et vsufructibus, tenebit habebit et possidebit, illisq quiete et pacifice vtifruetur ad extrema duntaxat vitae suae tempora. Post morte vero et de hac Luce decessum praenominatae Consortis suae ex tunc praedicta Bona et res generaliter omnes Inscriptioni praesenti subiectae morte praedicti Mariti sui derelictae ad Successores praenominati Mariti sui sine quouis impedimento et contradictione Successorum praedictae Consortis suae totaliter et plenarie devoluentur. Similiter quoq si priusq praenominatam Generosam Lugezianka Consortem suam Legitimam quam ipsum Generosum Stetkiewicz Subdapiferum Smolenscensis Maritum mori contigerit, ex tunc idem Generosus Maritus Bona suprascripta generaliter omnia, morte praedictae Consortis suae derelicta, Cum omni eorundem Iure, Dominio, proprietate, competentiaq et praerogatiua quavis, omnibusq et singulis Bonorum eorundem vtilitatibus et vsufructibus tenebit, habebit, et possidebit, ad extrema duntaxat vitae suae tempora. Post mortem vero eiusdem Mariti sui ex tunc Bona suprascripta generaliter omnia morte praedictae Consortis suae derelicta ad Successores eiusdem Consortis suae, sine quouis impedimento et Contradictione Successorum praedicti Mariti sui totaliter et plenarie devolui debebunt et tenebuntur Saluis Nihilominus Bonis Villarum Bobulinie et Korydanow in Palatinatu Russiae Terra vero et Districtu Halicien[si] Consisten[tibus] suprascripti Generosi Subdapiferi Smolenscensis mariti propriar[um] quae oneri Iuris Advitalis subiacere non debebunt

1738

neque Inscriptione praesenti Adnotari afficii et inonerari possunt. Suprascripto Gnoso Marito suo cum pleno Iure reservatis. His suis praesentibus Recognitionibus ad praemissa omnia mediantibus,

Stetkiewiczowa Marito suo Res mobiles Donat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Ge-
742 nerosa Sophia Ligezianka, olim Gnosi Francisci de Bobrek Ligeza cum olim Gnosa Elisabetha de Osiecko Debowska Consorte eius Legitima procreata filia, Gnosi vero Alexandri Stetkiewicz Subdapifero Smolenscio Consors legitima cum eiusdem Mariti sui et Tutoris Coniugalis personali assistentia et Vtrinque ad infrascripta recognoscenda consensu sana mente et corpore existens a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq suis quibus uis propriis et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni quoad Actum hunc attinet, se cum Successoribus Bonisq suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subiiciendo palam libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipsa in recompensam Inscriptionis Donatoriae super res mobiles generaliter omnes in quacunq forma et materia existentes, per suprascriptum Maritum suum in rem et Personam sui Recognoscentis. Coram Actis Castrensibus Capitanealibus Ro...

...ae Civitatis Korczyn, seu aliis quibusuis, authenticis Regni facti et recogniti Res itidem mobiles generaliter omnes, in quacunq materia et forma